

propter quatuor. primo quia quicquid aliquis habet maiore deuotione ad sanctum minorem quam ad sanctum maiorem. Ex deuotione autem magis dependet orationis effectus. secundo quia quibusdam sanctis daturum est in aliquibus specialibus causis precipue patrocinari sicut beato anthonio ad ignem infernalem. tertio ut honor debetur exhibeat omnibus a nobis. quarto quia plurimum orationibus quam dogis impetrat quod unus oratione non impetrare.

**Q**ueritur etiam quare non inuocamus christum ut oret pro nobis cum ipse secundum quod homo dicatur sanctus sanctorum. et ei secundum quod homo orare conueniat. **R**espondeo est quidam actus. **R**espondeo autem sunt precipue larii suppositi. et ideo si diceremus christe ora pro nobis nisi aliquid addere. videremur hoc ad personam christi referre. Et ita videretur esse consensum vel errorem nestorianorum qui distinxit in christo personam filii hominis a persona filii dei. vel errorem arrianorum qui ponit personam filii minorem patre.

**V**n ad hos errores vitandos non petimus eius orationem dicentes christe ora pro nobis. sed potius eius miseracionem dicentes. christe audi nos et miserere nobis. **S**ed obicitur contra predicta quia aut sumus digni ut sancti pro nobis orent et tunc etiam nobis non inuocantibus eos pro nobis orent. Aut sumus indigni et tunc etiam si eos inuocemus pro nobis non orent ergo superfluum videtur omnino interpellare quod pro nobis orent. **R**espondeo quod non est superfluum. quia ex hoc aliquis dignus fit ut oret pro eo aliquis sanctus. cum ad ipsum in sua necessitate cum deuotione recurrit.

- De sacramentis in cōi. i.
- De cathecismo et exorcismo. ii.
- De baptismo. iij.
- De effectu baptismi. iij.
- De baptisandis. v.
- De baptisandis. vj.
- De sacramento confirmacionis. viij.
- De sacramento eucharistie. viij.
- De materia eucharistie. ix.
- De forma consecracōis eucharistie. x.
- De ouersione que fit in eucharistia et quomodo corpus christi est ibi post ouersionem. xj.
- De accidentibus remanentibus in eucharistia. xij.
- De ministerio eucharistie. xij.
- De celebracione misse. xiiij.
- De defectibus contingentibus in missa. xv.
- De audicionē misse. xvi.
- De usu eucharistie. xvij.
- De impedimentis vsus eucharistie. xvij.
- De efficacia eucharistie. xix.

Incipit liber quartus. De sacramentis in cōi. i. p. m.

**E**xpositio per dei gratiam per modum dulo tenuitatis mee tribus partibus huius summe. s. prima. de preceptis. Et secunda de virtutibus et viciis. Et tertia de contractibus. Restat vltima persequi quartam partem eiusdem que est de sacramentis.

Et primo dicendum est de sacramentis in cōi. secundo de tribus sacramentis in speciali. s. de baptismo confirmacione et eucharistia.

**C**irca primum primo dicendum quid sit sacramentum et in quibus consistat. secundo dato quod sacramenta consistant non tantum in rebus sed etiam in verbis de variacione verborum sacramentalium. tertio de numero et ordine sacramentorum noue legis. quarto de effectu ipsorum. quinto de ministris. sexto de reuerentia. **C**irca primum sciendum quod de re sacramenti noue legis dicitur quod habet tres rationes. s. naturalis similitudo ex qua habet aptitudinem representandi. Actualis institutio occulta et expressa ex qua habet ordinacionem determinatam respectu huius significati. Et spiritualis sanctificacio ex qua habet virtutem efficiendi illud signatum. hec autem tria complectitur expressse diffusio sacramenti quam ponit beatus doctor sancto. vic. li. vj. de sacram. pte. nona. c. ij. dicens quod sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum. Ex institucione significans. Ex similitudine representans. Et ex sanctificacione aliquam gratiam inuisibilem conferens. Sumitur autem in predicta diffinitione elementum pro quacunque re sensibili. Oculis vero figuratur ibi cōiter pro quocumque sensu. similitudo autem sumitur ibi non pro similitudine precipacionis. s. eiusdem qualitatis quia talis similitudo non posset esse visibilium ad inuisibilia. sed pro similitudine representacionis secundum quamdam proportionabilitatem. **V**t sicut se habet aqua ad lauandum sordes corporales sic gratia ad spirituales. **E**sto autem commune omnibus sacramentis tam legis nature quam legis scripture quod legis noue quod consistant in rebus visibilibus inuisibilibus gratiam significantibus. speciale tamen est sacramentis noue legis quod consistant etiam in verbis cum sint ordinata principaliter ad sanctificacionem. sanctificacio vero creatura fit per verbum dei et oracionem secundo the. iij. **V**nde magister sententiarum. li. iij. dist. i. dicit quod sacramenta consistunt in duobus. s. in verbis et rebus que etiam duo tanguntur in predicta diffinitione. Nam res tanguntur ibi per hoc quod dicitur materiale elementum. verba vero intelliguntur per hoc quod dicitur ex sanctificacione quia habet fit per verbum dei ut dictum est. **R**equiritur etiam in sacramentis sancta secundum huiusmodi quod secundum magister apprehendi possunt sub rebus. **I**n tunc est perferendus requiritur quod in verbis intelligitur.

**C**irca secundum. s. de variacionibus verborum sacramentalium quorundam plura. s. v. liceat variare verba determinata in alia verba significata id est. **R**espondeo quod non vnde secundum theologos subtiliter considerantes baptismum non esset si quis in nomine genitoris et geniti baptizaret quia non est data uis nisi nominibus personarum principaliter significantibus. dicta vero nomina licet per se ipsa supponant non tamen significant modo principali sed potius nuncios siue effectus personales secundum per. et. secundo.

Quidā vō canoniste vt gof. et jo. dixerūt qsi quis mō p̄dicto. s. in nomie genitoris et geni ti baptisaret baptisat⁹ esset. tūc tñ esset q re baptisaret sub addicōe. **V**trū addicō v̄l di minucō impediāt baptisū. **N**ē q circa omēs istas mutacōes que possunt in forma sacramen torū dīngere duo possunt cōsiderari vñ qui dē ex pte ei⁹ qui p̄fert verba cui⁹ intencio requiritur ad sacramtū vt infra dicit⁹. et ideo si intendat p̄ h̄mōi addicōnem v̄l diminucōz aliū ritū inducere qui nō sit ab ecclesia rece ptus nō videt⁹ p̄fici sacramtū qz nō videt⁹ q intendat facere qd facit ecclesia. Aliud est ex pte significacōis verborū. cum em̄ verba o perentur in sacramtis qntū ad sensum quē fa ciūt. optet cōsiderare vtrū p̄ talem mutacōnez tollatur sensus verborū debet⁹ qz si sic mani festū est q tollitur virtus sacramti. Circa di minucōz igitur sciendū qsi diminuat⁹ aliquid eorū que sunt de substācia forme sacramtalis tollitur debitus sensus verborū et ideo nō p̄ ficitur sacramtū. **V**n dicit dionisi⁹. li. de spiri tusancto si quis ita baptisari p̄curet vt de p̄e dictis noibus vñum p̄termittat. s. patrem aut filiū aut spiritūsanctū sine p̄fectōe baptisabit. Si autē subtrahat⁹ aliqd qd nō est de substā cia forme tal. diminucō talis nō tollit debitū sensum verborū. et p̄ cōsequēs nec sacramti p̄ fectionem. sicut in forma eucharistie q est. h̄ est em̄ corpus meū. li em̄ sublatū nō tollit de bitū sensum verborū. et iō nō impedit p̄fectio nem q̄uis possit dīngere q ille q p̄termittit ex negligēcia v̄l cōtēptu peccet. **C**irca addi cionē vero cōsiderandū est q dīngit aliqn ap poni qd est corruptū debiti sensus. puta si ali quis dicat i noie patris maioris et filij mino ris sicut ariziani baptisabant. et iō talis addi cō tollit vtutē sacramti. Si vō fit talis addi cō que nō auferat debitū sensum. nō tollit v̄ tus sacramti. **S**z nūquid refert vtrū talis ad dicō fiat in p̄cipio. medio et fine. **N**ē q nō vñ si aliquis dicat. ego te baptiso in noie pa tris omnipotentis et filij ei⁹ vñigeniti et spi ritusancti pactū erit verū baptisma. Et simi liter si quis dicat ego te baptiso in noie p̄is et filij et spūs sancti. et beata v̄go te adiuuet erit verū baptisma. et similiter si quis dicat e go iohānes baptiso te. zc. hec tho. **Q**uid si dicatur ego te baptiso. in noie patris et filij et spi. s. et beate v̄ginis. **N**ē q nō est baptisat⁹ quia dicitur. i. cor. x. nūquid paul⁹ p̄ no bis crucifix⁹ est aut in noie pauli baptisat⁹ e stis. sed hoc verum est si in nomine beate vir ginis intelligat⁹ baptisari sicut in nomine tri nitatis quo baptisat⁹ cōsecratur. talis em̄ sen sus cōtrari⁹ est vere fidei et p̄ dñs tolleretur vir tutē sacramti. si vō itelligat⁹ q addi⁹ i noie be ate virgis n̄ q nomē beate v̄ginis aliqd ope⁹ i baptismo. s. vt ei⁹ intercessio p̄sit baptisato ad cōferēdū ḡciā baptismalē. n̄ tollit p̄fectō sa cōmēti. h̄ tho. **Q**uid si oracō aliq̄ distingua⁹ cōta formā baptismi. **R**ndit sco. q nō est baptis m⁹ qz distinctio nō p̄t determinare alteram p tem. et idem dicit si appponat⁹ addicō aliqua

q n̄ extat. **V**trū corruptio impediāt effectū sacramenti. **N**ē aut est tanta corruptio q non manet idem sensus aliquo mō et tūc nō est sac mētū. aut n̄ ē tāta qn maneat sensus s̄m vsus accōmodacōnem licet nō secundū institucōis prime rectā formacōnem. sicut patet in pue ro balbuciēte q tamē intelligit⁹ et est exēplū s̄m p̄fici. si dicere⁹ olli p̄ illi. et tūc est sacra mentum si fiat ex simplicitate non ex dīoe si ue apteā siue aptepost. vñ dicit⁹ de dīe. di. iij. retulerūt. Qd si dīngat aliquē infringen do linguā p̄pter ignorāciā dicere in nomine patrias zc. nō ē rebaptisand⁹ qz san⁹ est sen sus hec bon. **V**trū interzupcō impediāt. **N**ē qsi sit tanta interzupcō verborū q intercīpia tur intencō p̄nūciātis. tollitur sensus debet⁹ et p̄ dñs v̄t sacramti n̄ tñ tollit⁹ qn ē ita pua interzupcō q p̄ferētis nō aufert intencōz et i tellectū. hec tho. **V**trū trāspōsicō impediāt. **N**ē si mutet sensum locucōis qz h̄z ex vi ordi nis verborū impeditur v̄t sacramti vt si di cat⁹ ego patris et filij baptiso te in noie spi ritusancti. qz ex vi ordinis tal est sensus ego qui sum patris et filij. baptiso te zc. qz ex vi v̄ borū nō est sensus q ego baptisem te s̄ aliqd in te p̄ nomē patris zc. Si autē sensum locucō nis nō variant nō tollitur v̄t sacramti se cundū qd p̄ba dicit qd noia et verba trāspōsi ta idem significāt. h̄ rich. **A**ttēdenda est etiāz intencō si em̄ fiat trāspōsicō ex simplicitate si ne erroris dogmatifacōne nō nocet. vt si dice rem in noie pa. et si. zc. **R**acō hui⁹ est qz ordo intelligit⁹ in ip̄is v̄bis eo q filij p̄cedit a pa tre. et ideo ita nō opozet exprimere ordinez sicut noia p̄sonarū. Si autē fiat ex malicia nocet. qz mutare formā ecclesie nō est bonū.

**C**irca terciū. s. numerū et ordinē sacmēto rum noue legis sciendū q sacramta noue legis sunt. vij. s. baptism⁹. cōfirmacō eucharis tia. penitēcia. extrema vñctio. ordo. et matri moniū. sunt em̄ ordinata ad medicandū infir mitates spūales que sunt septem. est em̄ infir mitas pene et culpe. Infirmitas culpe est tri plex. s. origialis cōtra quā est baptism⁹. actua lis mortalis contra quam est penitēcia. et actualis venialis contra quā est extrema vñ ctio. Defect⁹ aut pene est qd duplex. s. ignorā cia cōtra quā est ordo in quo traditur p̄as dī scernendi. Infirmitas cōtra quā est cōfirmacio Malicia cōtra quā est eucharistia. et ex his cō flata cōcupiscētia cōtra quā est matrimonium **N**ec em̄ qtuor vt dicit beda ex peccato nobis inflicta sunt. Sciendū em̄ s̄m rich. q semp di gne recipiēt sacramtū ordinis cōfertur ali qua illuiacō cōtra ignorāciā que est in homi ne racōne peccati originalis tantū. licet non semper appareat in effectū hominē illumina cōnem recepisse talem illa tñ illuminacō totā illā ignorāciā non tollit sed minuit. Dicit⁹ aut quodlibet p̄dictorū sacramtorū vñum sacramētum ab vna p̄fectiōe finis sicut dicit⁹ vna dom⁹. qz licz in ipsa gerātur plura totūz tñ qd ibi gerit⁹ ad vñū significandū et efficiē dum ordinatur. **P**rimo autē ordinantur illa

sacramenta q̄ respiciunt cōiter om̄s puta bapti-  
sm⁹ confirmacō eucharistia p̄nia extrema unctō  
Postea q̄ respiciunt specialiter aliquos ut vlti-  
ma duo ordo et matrimoniu. Inter prima vō  
q̄nq; primo ordinatur illud qd̄ est sacramentū  
intracū. s. bap. vltio illud qd̄ ē exēciū. s. ex-  
trema unctio. media aut̄ sunt p̄grediēciū. in-  
ter que primo ordinatur illd̄ qd̄ p̄tinet ad ḡ-  
cie collate cōseruacōnem. s. confirmacō. scdo il-  
lud qd̄ est ad eius augmētum et roboracōnez  
s. eucharistia. terco illud qd̄ est ad ei⁹ si sit a-  
missa repacōnem. s. penitencia. Inter vltia vō  
duo. primo ordinatur illd̄ qd̄ respicit p̄fectos  
s. ordo. scdo illd̄ qd̄ respicit imp̄fectos. s. ma-  
trimoniū. **D**ubitarz aut̄ aliq̄s de asp̄sione a  
que b̄ndicte an sit sacramtū p̄ eo q̄ est cōtra p̄-  
dicta venialia remediū. **R** q̄ nō est sacramtū  
q̄ p̄ asp̄sionē aque b̄ndicte remittūtur venia-  
lia p̄ modū meriti inquantū. s. excitat motū  
volūtatis siue feruorē caritatis p̄ quem fit re-  
missio peccatorū venialiu nō tanq̄ p̄ vim sac̄-  
menti. sacramta vero significant rem sac̄ā ut  
sacramtē actū p̄ virtutē sacramti n̄ p̄ modū me-  
riti. hec rich. s̄m aut̄ tho. in q̄rto. aqua b̄ndi-  
cta ordinatur directē ad tollēdum impedim̄  
tū vñ datur cōtra neq̄ciaz demonū et venialia  
et om̄e qd̄ p̄t impedire sacramtorū effectū. **V**n  
de nō est sacramtū sed quoddā sacramētale  
quasi disposicō qd̄az ad sacramta. **E**t nota  
q̄ cū aqua nō b̄ndicta addit̄ aque b̄ndicte. fit  
s̄m bo. i. iij. sen. di. xij. q. v. tota b̄ndicta. et  
idē est de oleo nō cōsecrato ex. de ole. ec. q̄ in  
dubijs et idem dicunt tho. et pe. **D**ubitaret  
etiā aliq̄s de iuramēto vñ sit sacramtū cū  
vocetur cōiter. sacramtū iuramēti. **R** q̄ h̄z  
q̄ndā habitudinē ad res sacras. inq̄ntū. s. est  
cōtēllacō qd̄ā p̄ sacra vñ aliq̄d sac̄. et ex h̄o  
dicunt iuramētū esse sacramtū. nō eadem rōe  
qua nūc loq̄mur de sacramtis sed equoce sum-  
pto nōie sacramti vel analogice. s. s̄m diuer-  
sam habitudinē ad aliquid vñ qd̄ est res sa-  
cra. hec tho

**O**irca q̄rū. s. effectū sacramtorū sciendūz  
q̄ effect⁹ sacramtorū noue legis est du-  
plex. vñ principalis. s. gracia ḡtū faciēs ad  
quā principaliter ordinat̄. Alius secundari⁹  
pambul⁹ et disposicō et ordinacō ad vltio-  
rem p̄fectionē. s. gracia ḡtū faciētes. **E**t iste di-  
citur caracter vñ aliquis ornat⁹ aie in sacra-  
mentis in quib⁹ nō imprimitur caracter. **D**i-  
cuntur aut̄ sacramta causare duo p̄dicta s̄m  
boñ. nō quasi faciāt ea in aia sed q̄ vñ dei su-  
scipientib⁹ sacramta assistit ad infundendum  
illa ex ordinacōne sua. m̄. vlti. qui crediderit  
et baptisatus fu. sal. erit. **V**n dicit aug⁹. ix. d̄  
ci. dei. c. vij. q̄ sp̄s sanct⁹ opat̄ intrinsec⁹ ut  
valeat medicina q̄ exhibet̄ extrinsec⁹. **A**ssistit  
aut̄ ad hoc tūc vñ diuina merito passionis  
xp̄i. **V**n sup̄ illd̄ Ro. v. in similitudinē puaricaci-  
onis ade. dicit glo. ex latere xp̄i p̄fluxerunt  
sacramta. s. aqua ablucōis et sanguis redem-  
pcionis. p̄ que saluata est ecclesia. et speciali-  
ter de baptismo habet̄ de ole. di. iij. ap̄rie et  
ex de bap. maiores. s. caute. **S**i querat̄ qd̄

fit caracter put̄ hic accipit̄. dicend⁹ q̄ s̄m q̄  
elici potest ex scriptis magistrorū caracter est  
quoddā sp̄uale signū aie diuinit⁹ imp̄sum. ḡ-  
cie significatū et q̄ntū est de se ad gracia d̄-  
spositiū. dei cui⁹ gracia est et similitudo cō-  
figuratiū et populi dei s̄m fidei statū distinctū  
nū reddens hoīem habētem ip̄m sp̄ualiū actu-  
um cōmunicatū cuiusmodi sunt mīstracō vñ re-  
cepcō sacramtorū. et indelebiliter p̄māsum  
vñ aug⁹. caractere semel imposito nunq̄ ali-  
quis eo carebit. **H** aut̄ verū nō esset nisi p̄ sac̄-  
mentū illd̄ aliq̄d p̄petuū aia recipet. **Q**uia ve-  
ro ut dictū est caracter est signū distinctū po-  
puli dei s̄m statū fidei. **I**deo imprimit̄ tū in  
sacramentis recipientib⁹ determinatum fidei  
statū. **T**riplex ē autē status fidei in ecclesia  
militante et secundum hoc est triplex distin-  
ctio sicut in exercitu. prima cōmunis totic⁹ et  
ercit⁹ ab alio exercitu. scda specialis militū  
a popularib⁹. tercia specialissima ducis ab v-  
trisc⁹. prima respicit statū fidei gignende et h̄  
fit p̄ caracterem baptismi. scda statū fidei de-  
fendende ab aduersarijs et h̄ fit p̄ caractere⁹  
confirmacōnis. tercia statū fidei multiplicande  
in alijs et docēde et hec fit p̄ caractere⁹ ordi-  
nis. prima est bonorū a malis seu fidelū ab i-  
fidelib⁹. secunda forciū ab infirmis. tercia  
clericorū a laicis hec boñ.

**O**irca q̄ntū. s. ministros sacramtorū q̄runt̄  
plura. s. vñ potestas mīsterij oueniat e-  
ciaz malis in sacramtis. **R** q̄ sic. qd̄ā em̄ sunt  
de substācia sacramti et h̄ omīssa sacramta e-  
uacuant. quedā vō cōgruēcia et hec si omittit̄  
nō euacuat. bonitas vero ministri de cōgruen-  
cia est nō de substācia. **N**az ea que sunt de sub-  
stācia oportet esse certa. bonitas vero ministri  
incerta est iō si desit nō est min⁹ sacramtū vñ  
aug⁹. sup̄ i⁹ jo. primo sup̄ quē videris zc. dic⁹  
quid inquit tibi facit mīster mal⁹ vbi bon⁹ ē  
dñs et habet̄ de ole. di. iij. baptismus. **R** d̄ h̄  
etiā est ar. e. di. c. roman. ex. e. q̄tuor. c. sequē-  
tib⁹ et plurib⁹ alijs. **V**ñ sanctitas mīstri  
opetur aliquid ad effectū sacramti hoc est q̄  
rere vtrū sanctior minister meliorē effectū sa-  
cramti faciat. **R** q̄ nō vñ aug⁹. sup̄ jo. tra-  
ctatu. v. et habet̄ de conse. di. iij. cū baptis-  
atur. n̄ datur inquit imp̄ baptism⁹ p̄ impes mi-  
nistros. **H** id etiā p̄batur in plurib⁹ alijs. c. e-  
iusdem distinctōis. **S**ciendū tñ q̄ in sacra-  
to quedā sunt substācialia et in his nō pl⁹ va-  
let opacō boni ministri q̄ mali q̄ deus ibi o-  
peratur ut actor hō ut minister. quedāz vero  
non sunt substācialia ut sacramtalia et orōes  
et h̄mōi. et in his p̄t valere sanctitas et boni-  
tas ministri et h̄ p̄ accidēs nō p̄ se quātū. s. ad  
aliquos effect⁹ accidentales sacramento nō esse  
ciales s̄m pe. et rich. vel dicend⁹ q̄ illud qd̄ ē  
effect⁹ sacramti nō impetrat̄ orōne ecclesie  
vñ ministri. sed solū passionē et merito xp̄i. cu-  
ius vñ opatur in sacramtis ut dictū est. vñ  
effect⁹ sacramti nō datur melior p̄ ministrū  
meliorē. al i⁹ tñ annexū impetrari p̄t recipiē-  
ti sacramtū p̄ deuocōz mīstri. s̄ tñ mīster nō o-  
patur s̄ impetrat opandū a deo. sancti em̄ ali

quoniam inueniuntur baptizando obtinuisse his quos baptisabant sanitatem corporis. ut sanctus Hieronymus Constantino mundacionem leprosi. **¶** Vtrum mali peccent dispensando sacramenta. **¶** Et quod sic nam aliquis in agendo peccat ex hoc quod operatur non secundum quod oportet ut per plerumque. v. ethi. est autem diuini ens ut ministri sacramentorum sint iusti et mundi quod ministri debent domino conformari secundum illud leuitici. xxi. sancti eritis. etc. et ideo non est dubium quod mali exhibentes se ministros dei et ecclesie in dispensacione sacramentorum peccent. et quod hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam dei et contuminationem sacramentorum quantum est ex parte ipsius hominis peccatoris. licet sancta secundum se et incontaminabilia sint. consequens est quod tale peccatum est mortale ex genere suo. hec tho. **¶** Vtrum malus minister cui offertur puer baptizandus in periculo mortis existens sit peccator. **¶** Et ut infra ubi agitur de his que requiruntur ex parte baptisandum. **¶** Vtrum suscipiens sacramentum a malo ministro peccet. **¶** Et ille qui ad sacramenta accedit suscipit quidem sacramentum a ministro ecclesie non in quantum est talis persona sed in quantum est minister ecclesie. et ideo quantum diu minister ab ecclesia toleratur. ille qui ab eo suscipit sacramentum non communicat ei peccato sed communicat ecclesie que tam per ministrum exhibet eum unde non peccat in hoc nisi forte per accidens communicando ei peccato vel consensiendo si hoc ipso faueat ei vel foueat eum in peccato. unde dato etiam quod malus presbiter peccet sacramentum offerendo non tamen oportet quod sumens vel petens ab eo et per eam necessitatis peccet. propter duo. primo quod non potest esse certus quod ille sit in peccato mortali cui spiritus sanctus cooperatur ministrum iustificacionis impium. secundo quod petit quod iustum est quod sacramenta a suo presbitero recipere debet. nec per hoc cogit nec inducit eum ad peccandum quod ille reddere potest non peccando quod debet. Si vero ab ecclesia non toleratur puta cum degradatur suspenditur vel excommunicatur. peccat qui ab eo recipit sacramentum. quod communicat peccato ipsius nisi cum in necessitate suscipiet ab eo baptismum. hoc de tho. et pe. **¶** Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum. **¶** Et ut supra dictum est tota virtus sacramentorum a passione christi diuinitatis que est eis secundum quod homo cui in natura conformatur homines non angeli sed secundum passionem dicitur mortificari ab angelis minoratur ut patet ad hebreos. xii. et ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta non ad angelos. Sciendum tamen quod sicut potentiam suam non alligauit deus sacramentis quin possit sine sacramentis effectus sacramentorum offerre ita etiam potentiam suam non alligauit ministris ecclesie quin etiam angeli possint veritatem ministerij offerre in sacramentis. et quod boni angeli sunt nuntij veritatis ideo si aliquid sacramentale ministerium a bonis angelis perficeretur ratum esse habendum quod constare debet hoc fieri auctori diuina sicut quedam templa dicuntur misterio angelorum consecrata. Si vero demones qui sunt spiritus mendacij aliquid sacramentale ministerium exhiberent non esset ratum habendum. hec tho. **¶** De intentione autem et fide utrum requiratur in ministris sacramentorum vide infra ubi agitur de his que requiruntur ex parte baptisandum.

runter ex parte baptisandum.

**¶** Circa sextum. si iteracio sacramentorum. **¶** Quoniam plura. si. vtrum possint iterari. **¶** Et tria sacramenta penitus iterari non possunt nec debent scilicet baptismus et ordo. i. q. i. quidam in principio similitudine confirmacionis. de consensu. di. iij. dictum est et c. de homine quod ergo non possunt iterari ideo nichil facit qui iterat. quod vero non debet. ideo qui scienter iterat grauissime peccat. Reliqua vero quod tuos iterari possunt. i. matrimonium. xxxi. q. i. aperiunt et c. se. Item eucharistia de consensu. di. ij. quotidie. Item penitentia ex. de pe. et re. omnis Item extrema unctio xxxv. di. illud. **¶** Racio autem horum est quod nullum sacramentale nec sacramentum quod habet effectum perpetuum debet iterari. quod ostenditur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illud effectum et sic fieret iniuria illi sacramento i. q. i. quidam. sacramentum autem quod habet effectum non perpetuum potest iterari sine iniuria ut effectus perditur merito recuperatur. quod ergo prima tria effectum habent perpetuum. imprimunt enim caracterem indelibilem in anima qui ex quo semel imprimatur amplius non potest imprimi et ille effectus primus sine quo nichil fit est perpetuus ideo non possunt nec debent iterari. et quod etiam sic statuit dominus. unde si aliquis resuscitaretur non esset rebaptizandus vel reordinandus vel confirmandus. **¶** Secundum autem est de alijs quatuor sacramentis. probatur si diuersitas ab aug. xxi. q. vij. licite et c. i. q. i. quod quidam. Quidam autem dicunt quod nullum sacramentum est iterandum. per quibus facit aug. dicens nullum sacramentum est iniuria faciendum ergo nullum sacramentum est iterandum quod de tali iniuria loquitur de consensu. di. iij. ostenditur. Concordando vero per diuini sine iudicio quod sacramentum iterari potest intelligitur dupliciter. vno modo respectu eiusdem summe et sic verum est quod supradicta quatuor sacramenta possunt iterari. quod ab eodem possunt pluries summi. Alio modo respectu eiusdem effectus et sic verum est quod etiam illa quatuor iterari non debent. si enim iterarentur ad eundem effectum in numero ad quem prius fuissent sumpta et collata. fieret ipsis iniuria ac si fuissent prius ab effectu suo vacua cum tamen semper habeant suum effectum nisi aliter impedimentum ex parte summe. Iterari tamen possunt ab eodem ad effectum novum sine iniuria sacramenti ratione predicta. **¶** Que est pena iteratio offerentis baptismum. **¶** Et qui scienter aliquem rebaptizauerit secundum hostiam. de apostolica talis si sit clericus est secundum canones deponendus ar. de consensu. di. iij. eos quos et c. qui bis. si sit laicus est excommunicandus et pena grauiori plectendus ut dicitur ibidem nec potest ordinari unde etiam a scholasticis qui ministerium presbiteri scienter presbitero rebaptizanti si publicum sit non debet ad ordines promoueri nisi religionem intret ubi fauore religionis potest secum dispensari. Si vero sit occultum cum de pena penitentia egerit promoueri potest ex de apostolica. ex literarum. Si vero rebaptizauerit ignoranter ignorancia facti. exhibita debita diligencia omni modo excusatur. Si autem ignorancia iuris non excusatur quod talis ignorancia in talibus non excusatur. secundum leges vero qui rebaptizatur est si sit laicus de capitulis Si vero sit presbiter est tam indignus sacerdotio de

ponēd<sup>9</sup>. **C**. in san. baptis. ite. l. i. **Q**ue ē pe  
na suscipiens iterato baptis. **S**ecūdu  
leges videt<sup>r</sup> esse decapitad<sup>9</sup> ut i p<sup>r</sup>dicta lege  
s<sup>m</sup> vero canones qui sponte vel coacte adi  
cōnaliter fuerint rebaptisati. nō possunt p<sup>r</sup>mo  
ueri. **E**t idēz intellige si ignoranter et postea  
cū sciuerint ratū habuerint di. l. c. firmadu<sup>9</sup> et  
i. q. vii. in qualibz. hoc aut fuit statutū p<sup>r</sup>pter  
reuerentiā sacrameti et in detestacōnem iniuri  
ancium sacrameto. **I**n habitu tam clericali d<sup>r</sup>  
bent isti viuere et sic retinebūt priuilegiū cle  
ricale. di. lxxij. dictū. et de dse. di. v. dictum  
qui aut ignorāter fuerit rebaptisati sicut inter  
dum fit de pueris v<sup>l</sup> coacti absolute possunt  
p<sup>r</sup>mo ueri de iure s<sup>m</sup> aliquos ex q<sup>b</sup> est host.  
s<sup>m</sup> vero alios de dispensacōne epi. et hoc est  
tucius s<sup>m</sup> gof. et. i. q. iiii. placuit. de vtrisq<sup>3</sup>  
habe<sup>r</sup> di. iij. eol quos. **O**buiaē tñ p<sup>r</sup>dictis vide  
t<sup>r</sup> de conse. di. iij. q. bis. vbi dicitur si q<sup>s</sup> est  
ignorāter rebaptisatus non indiget p<sup>r</sup> eo pe  
nitere sed tamen irregularis est et non p<sup>r</sup>o  
moueri nisi necessitas magna cogat. **S**ecū  
dum bar. hoc intelligitur de ignorācia iuris  
que nō excusat et cū dicit<sup>r</sup> q<sup>d</sup> talis nō indiget  
p<sup>r</sup> eo penitere supplet verū est tātū quāz a  
alias. **S**im hu. vero intelligit<sup>r</sup> nō tñ de igno  
rancia iuris sed et facti. et factū fuit hoc olī  
in odiū rebaptisancium. sed hodie bñ possunt  
tales p<sup>r</sup>mo ueri quia tales oīno excusat igno  
rācia facti et h<sup>e</sup> responsiones habent in glo.  
p<sup>r</sup>dicti. c. qui bis. ponunt<sup>r</sup> etiā a gof. p<sup>r</sup>am in  
summa sua ti. de sacramētis nō iterand<sup>9</sup>. **Q**uod  
vero dicitur ibi nisi necessitas cogat. et addi<sup>r</sup>  
quia imminēte necessitate est cum talibus p<sup>r</sup> e  
piscopū dispensandū. **S**im aut scotū illd. c. q.  
bis. cū accipiat<sup>r</sup> ex penitēciali theodozi epi  
scopi cantuari. infligere n<sup>o</sup> p<sup>r</sup> irregularitatez  
nisi forte dicatur q<sup>d</sup> oia. c. a graciano in cor  
pe decretorū. incorpata sunt a papa cōfirma  
ta. hoc tamē non est manifestū sicut est mani  
festū q<sup>d</sup> oia que sunt in corpe decretaliū sunt  
per papā cōfirmata. hoc em patz p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>hemium  
bonifacij. viij. **E**t si dicatur licz ille episcop<sup>9</sup>  
nō potuerit ius illud cōdere. innuit tñ papaz  
illud ius cōdidisse cum dicit s<sup>m</sup> canones. **S**ecū  
glosator deberet ostēdere vbi sit sup hoc edi  
tus canon et hoc nō facit. potest ergo dici q<sup>d</sup>  
ignorātia dumō sit p<sup>r</sup>babilis sicut excusat tor  
taliter cōferētem a pena irregularitatis. ita et  
suscipientē. vniuersaliter em pena canōica n<sup>o</sup>  
incurritur nisi a latore canōis inferat<sup>r</sup> vbi er  
go nō inuenitur ex vi verborū inflicta. dicen  
dū est q<sup>d</sup> nulla est. verba em cōstitutōnū pena  
lium nō sunt amplianda sed p<sup>r</sup>oci<sup>9</sup> restringen  
da secūdu regulam iuris. h<sup>e</sup>c scot<sup>9</sup>. **Q**uod aut  
dictū est de rebaptisato. intelligendū est etiā  
de reordinato vel reconfirmato ar. di. lxxvij.  
c. i. et de dse. di. xj. dictū. et di. l. p<sup>r</sup>sbiteros.  
ita dicit canoniste. **S**ed scotus dicit cōtrariū  
cum nō inueniatur expresse in iure irregulari  
tas inflicta p<sup>r</sup> iteratione cōfirmacōnis. et h<sup>o</sup>  
cōfirmatur per illd. c. dictū. vbi infligitur pe  
na p<sup>r</sup> iteratione cōfirmacōnis et nō pena irre  
gularitatis. **S**ed magis innuit<sup>r</sup> oppositū. f. ex

erciciū officij clericalis. **D**e pena etiā talib<sup>9</sup>  
imponēda dicitur infra cū de mensura satis  
factionis ager<sup>r</sup>. **Q**uid de illo qui dubitat p<sup>r</sup>  
babiliter utrū sit baptisat<sup>9</sup> vel cōfirmat<sup>9</sup> vel  
ordinatus. **S**ecū q<sup>d</sup> sine piculo p<sup>r</sup>pter tale dubiū  
potest baptisari ordinari et cōfirmari quia nō  
intelligitur iteratū q<sup>d</sup> nescitur esse factum. de  
conse. di. i. solennitate et di. iij. si nullam. et  
ex. de p<sup>r</sup>sbitero nō bap. veniens vnde si habita  
diligentia requirendo. f. a familiarib<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> et  
notis. de eo p<sup>r</sup> aliquē sciri nō possit q<sup>d</sup> baptisa  
tus fuerit intrepide rebaptisari poterit de dse.  
di. iij. cū itaq<sup>3</sup> quinimo etiā tenetur et debet  
in dicto. c. si nullam. vnde in tali casu q<sup>d</sup> illd<sup>9</sup>  
est signū p<sup>r</sup>babile q<sup>d</sup> nō sit baptisatus. eū qui  
baptisū iterat ignorācia totaliter excusat d<sup>r</sup>  
bet aut tūc cōferens baptismū his verbis uti  
si es baptisatus nō rebaptiso te. sed si non es  
baptisatus ego baptiso te in nomie pa. et fi.  
et spiritus sancti. ex. de baptismo. c. ij. et eadē  
formā seruet in alijs. **Q**uod de aliquo cōsta  
bit p<sup>r</sup>babiliter q<sup>d</sup> baptisatus sit. **S**ecū vni<sup>9</sup> ho  
minis testimonio. **N**az de baptismo et cōfirma  
cōne creditur testimonio vni<sup>9</sup> hominis. sec<sup>9</sup>  
est de ordine di. lxxix. affros. et est racō. se  
cundum greg. i. q. i. f. ecce cū honoris. quia  
circa talia. f. que etiā ad alios ordinant<sup>r</sup> ut ē  
ordo maior piculum vertitur di. xlij. q<sup>s</sup>esca<sup>9</sup>  
h<sup>o</sup> nota<sup>r</sup> di. iij. placuit i glo. **E**st q<sup>d</sup> iuena  
t<sup>r</sup> infas exposit<sup>9</sup> et a q<sup>o</sup> sit exposit<sup>9</sup> nesciat<sup>r</sup> pe  
nit<sup>9</sup> nec cū eo signū vel vestigiū inueni<sup>r</sup> q<sup>d</sup> ba  
ptisatus sit. nūquid est talis baptisandus ab  
solute vel sub cōdicōe. **S**ecū talis ē baptisandus  
q<sup>d</sup> in dubio quisq<sup>3</sup> baptisari debz de cōse. di.  
iij. puulos. et. c. si nulla. quia tamen non est  
certū eū non esse baptisatū ideo ad vitandum  
omē piculū baptisand<sup>9</sup> est sub cōdicōne ut p<sup>r</sup>  
dictū est. **Q**uid si aliquis p<sup>r</sup>bet se esse ordina  
tum quo ad speciē facti tamen alijs excipit cō  
tra eū dicens eūz nō fuisse baptisatū. **N**ūquid  
credetur tunc vni<sup>9</sup> testimonio baptismum.  
**S**ecū dic<sup>r</sup> hu. q<sup>d</sup> qñ n<sup>o</sup> est in p<sup>r</sup>iudiciū credit<sup>r</sup> alias  
autē nō. vnde nō posset quis de baptismo suo  
testimoniū facere per vnum. siquid sibi lega  
tum esset sibi relictū sub hac cōdicōne. f. si ba  
ptisatus esset q<sup>d</sup>. f. fieret p<sup>r</sup>iudiciū heredi de cō  
se. di. e. placuit in glo. **Q**uid si dubitet<sup>r</sup> de  
mortuo utrū fuerit baptisatus. **S**ecū q<sup>d</sup> sec<sup>9</sup> est  
de uiuo et de mortuo. vbi em dubitatur d<sup>r</sup> vi  
uo habet<sup>r</sup> p<sup>r</sup> non baptisato et baptisat<sup>r</sup> de cō  
se. di. iij. cū istā. vbi vero dubita<sup>r</sup> de mor  
tuo p<sup>r</sup>sumendū est eum esse baptisatum. ex. de  
p<sup>r</sup>sbitero non bapti. c. ij. et. iij. vbi dicit<sup>r</sup>. d<sup>r</sup> eo  
qui natus est ex xpianis p<sup>r</sup>entib<sup>9</sup> et inter xpia  
nos est fideliter cōuersatus taz violēter p<sup>r</sup>sumi  
tur q<sup>d</sup> fuerit baptisatus ut h<sup>o</sup> p<sup>r</sup>sumptō p<sup>r</sup> certi  
tudine sit habenda donec euidentib<sup>9</sup> forsitā  
argumentis cōtrariū p<sup>r</sup>baret<sup>r</sup> de h<sup>o</sup> etiā est ar. d<sup>r</sup>  
conse. di. iij. si eos. vbi etiā h<sup>o</sup> nota<sup>r</sup> i glo.

**De cathecismo et exorcismo ti. ij.**

**O**nsequenter cōsiderādū ē de singulis  
sacramētis in speciali s<sup>m</sup> ordinem p<sup>r</sup>  
missuz vñ primo cōsiderādū ē de cath  
ecismo et exorcismo q<sup>d</sup> duo p<sup>r</sup>parāt ad baptismū

secundo de ipso baptismo. tercio de efficacia baptismi. quarto de ministris baptismi. quinto de baptizandis. Circa cathecismum autem quoniam plura sunt. utrum cathecismus precedat exorcismum vel econverso. Et si baptizandus sit adultus et capax doctrinae tunc secundo est quod si sit puellus. unde in adultis precedat cathecismus in puellis vero exorcismus et idem mutat est ordo secundum aliquas ecclesias nec observatur ille qui consuevit esse in ecclesia primitiva quod tunc baptizabantur adulti nunc autem puelluli. **¶** Unde debeat cathecismus precedere baptismum. Et quod sic. de consensu. di. iij. an baptismum. et c. persona cum enim baptismi salus per fidei veritatem sit merito requiruntur a baptizando ea que sunt de necessitate fidei hec autem sunt tria. scilicet fidei susceptio confessio et observatio. et ideo propter hec tria cathecismus est inuentus in quo fit instructio de articulis fidei distincta ad fidei susceptionem. fit etiam responsio ad fidei confessionem. fit etiam responsio siue obligatio ad fidei observacionem. quod vero adultus peccatus proprius habet et per se credere potest. requiruntur hi de necessitate ab eo. et per se ipsum. quod vero puellus nec peccatum actuale habet nec per se actu credere potest. ideo requiruntur ab eo de congruitate et per vicarium. scilicet patrinum suum. **¶** Utrum verum dicat patrinus respondens pro puero credo. Et quod sic quia respondet pro eo de fidei sacramento secundum augustinum. in principio. ut sit sensus credo. i. fidei sacramentum suscipio vel suscipe precepto sum et non est sermo falsus vel insolitus. quod ut dicit augustinus. ad bonifacium sepe signum sumitur pro re sicut dicimus cras erit resurrectio domini. et videtur furnum dicit se videre ignem. **¶** Vel respondet de conservacione fidei in futuro secundum dionysium. ut sit sensus credo. i. quando ad perfectam etatem venerit credet. et hoc quidem confiteri potest ex proposito sollicitudinis circa eum adhibende. **¶** Aut alio modo posset esse sensus. credo. i. operam dabo ad hoc quod credat. **¶** Utrum puelli sint cathecizandi. Et quod sic licet enim cathecismus propter adultos fuerit institutus. sunt tamen cathecizandi etiam puelli licet nullam possint apprehendere instructioem circa exprimendam veritatem siue utilitate baptismi. tamen etiam propter maiorem solennitatem. tamen etiam ut patrinus melius sciant super quibus debeant pueros in formare. cum etiam ut puellus fidei et religionem christianam diligentius custodiat pro hoc quod sciet se eam per alium in baptismo professum fuisse. **¶** Item quod rigitur in cuius persona sui respondeat patrinus. Et potest dici quod in persona sui vel in persona puelli ut patet ex supradictis. **¶** Utrum autem ex illa ratione patrinus obligetur de hoc habet infra ubi agitur de ritu baptismi. **¶** Utrum puellus per eos obligetur. Et quedam sunt necessitates. et ad hoc potest homo per alium obligari quedam voluntatis et ad hec requiritur proprius consensus. obligatur ergo per paternos voto generali non speciali ad ea que sunt necessitates non ad ea que sunt super rogacionis de consecracione. distinctum. iij. parvuli boni. **¶** Utrum homini obligatio sit votum. Et quod non proprie quod votum proprie est de eo quod est super rogacionis. extensio tamen nomine est votum. quod est voluntaria obligatio. unde super illud per. voue

te et reddite. etc. dicit glossa. pro votum emittitur in baptismo. non facit autem duplex peccatum veniens de contra. quia non obligatur postea magis quam prius de necessitate. sed de bono et equo. hec bonum.

**¶** Circa exorcismum sciendum. quod baptismum pueri re debet non tamen cathecismus sed etiam exorcismus de consensu. di. iij. siue puelli usque ad. c. illud venit sacerdos. quod per exorcismum assistente sibi virtute divina potestas dyaboli expellitur a baptizando. sic intelligendo secundum richardum. quod artatur potestas dyaboli respectu illius ne ceteris personis tantum possit decedere contra illum quantum velit sed per exorcismum fit ne maxime impediatur baptismum a susceptione baptismi et effectu eius unde non debet exorcismus aliquo modo pretermitti nisi in necessitate. et tunc cessante periculo debet suppleri ut solennitas et uniformitas servetur in baptismo. **¶** Et etiam quod secundum richardum. habet efficaciam etiam post baptismum reprimendo dyaboli potestatem quam dyabolus accepit super hominem per peccatum. licet enim in puero post baptismum non sit peccatum. tamen in eo remanet actualiter fomes peccati. **¶** Cum predictis conveniunt theobaldus. et alij doctores debet etiam baptizandus cathecizari et exorcizari per presbiterum de consensu. di. iij. sacerdotes. **¶** Ad hoc nota quod adulti baptizandi. debent tribus septimanis ante baptismum cathecizari et exorcizari in quibus doceatur symbolum. scilicet credo in deum. et in cena domini debent episcopo et presbitero respondere et postea baptizari in sabbato pasche de consensu. di. iij. baptizandos et. c. se. Iudei autem quia frequenter ad vomitum redeunt debent ante baptismum. xl. diebus cathecizari et in abstinentia perbari di. iij. ne quod absit. **¶** Quid autem significant ea que fiunt in cathecismo et exorcismo ponitur de consensu. di. iij. ab illo. c. postea. usque ad. c. venit. et. c. persona. habetur etiam hoc infra de ritu solenni baptismi quasi in fine.

**¶** De baptismo ti. tercius.

**¶** Postea considerandum est de ipso baptismo et primo de quo baptismus est hic mencio secundo quid est baptismus de quo hic intenditur. tercio a quo fuit institutus. iij. de eius materia siue liquore in quo habet fieri. quanto de forma verborum eius que debent ibi dici. sexto de locutione. septimo de ritu baptismi et quare baptismus non possit iterari. **¶** Circa primum sciendum quod triplex est baptismus ut dicit augustinus li. iij. de unico baptismo et habet. de consensu. di. iij. baptismi vice. scilicet fluminis sanguinis et flammis siue spiritus sancti. de primo jo. iij. et post hoc venit ihesus in tertiam iudeam et baptizabat. de secundo jo. xij. baptismum hoc habeo baptizari de tercio actu secundo. vos autem baptizabimini spiritu sancto. **¶** Primum dicitur proprie baptismus. alij duo metaphorice. quod uterque instat baptismi aqua habet purificare et per consequens vicem eius supplere. **¶** Est autem potissimum baptismus sanguinis unde augustinus ad fortunatum et habet de consensu. di. iij. cathecumini. baptizatus confiteretur fidei suam coram sacerdote martir coram persecutore. ille post professionem suam aspergitur aqua. hic sanguine. presens autem intentio est de baptismi aqua.

**Q**uia secundū q̄ baptism⁹ dicit⁹ ab eo q̄  
est baptizare q̄ grece idē est q̄ lauare la  
tine vñ baptism⁹ p̄t dici lauac⁹ qd̄ est aq̄ de  
putata ad lauādū. vñ locio qd̄ est effect⁹ vel  
vñ lauacri. Szm autē q̄ baptism⁹ est nomen  
sacramenti diffinit⁹ sic a magistro sen. li. iij.  
di. iij. baptism⁹ est ablucio corp⁹. facta sub  
forma verborū. certa. i. determinata. et stat ibi  
ablucō anthonomatie p̄ ablucōe aque. stat  
etia p̄ locōne corp⁹ passiue et li. corp⁹ stat  
anthonomatie p̄ corp⁹ huāno. Sciēdum tñ  
q̄ in baptism⁹ est aliqd̄ qd̄ est sacramtū tñ  
vt locō exterior et aliqd̄ qd̄ est sacramtū  
et r̄a vt caracter et aliqd̄ qd̄ res est tñ. s. mū  
dacō interior. Et idē intellige de alijs sacra  
mentis. p̄mū est causa scd̄i et terci⁹. scd̄m est  
signū p̄mū et terci⁹. da⁹ autē descriptō p̄dctā  
de eo qd̄ est tātū sacramtū in baptism⁹.

**Q**uia terciū. s. a quo baptism⁹ fuit institu  
tus. Sciēdū q̄ dñs sacramtū baptisimi in  
sinuauit instituit et confirmauit. Insinuauit qd̄  
facto cū baptisat⁹ fuit a iohāne. et verbo cū  
p̄dixit nicodemō. jo. iij. nisi quis renat⁹ fue  
rit ex. rē. Instituit autē facto cū baptizare disci  
pulos fecit jo. iij. post hoc venit ih̄sus iterum  
in iudeā et baptisabat et tunc instituit verbo  
et facto. qz dicitur ibi q̄ baptisabat. et si non  
in p̄sona p̄p̄ia tamen discipuli in sua p̄sentia  
fm̄ qd̄ ip̄e volebat. et iterū misit discipulos  
suos ad p̄dicādū et baptisandū. luc. x. Cōfir  
mauit autē baptismū etiā facto cum. s. de late  
re eius non tñ fluxit sanguis sed etiā aqua in  
ip̄a passionis cōsumacōne. Et vbo quādo post  
resurrectionem om̄es discipulos et singulos  
ad p̄dicandū misit mathei. vlti. Et sic patet  
ex scriptura quādo institutus est baptism⁹ et  
quomō scriptura diuersimode loquit⁹. patet e  
ciā q̄ baptismus institut⁹ fuit ante passionem  
et post sed an institucōne p̄uata. post vero i  
stitucōne publica. cū oībus publicatū et im  
positum est euangeliū. p̄ma institucō erat q̄  
si in cōsilio. scd̄a in p̄cepto. cui⁹ vnusquisqz ex  
eo tempore debitor esse cepit. ex quo ad eum  
institucō p̄uenit fm̄ bon. et rich. et gual.

**Q**uia quartū sciēdum q̄ baptism⁹ fieri d̄z  
in aqua. Raco cui⁹ est institucō diuina.  
Institucōnis vero h̄mōi patet cōgruēcia qz in  
baptismo anima mūdā p̄ graciā et sine eo se  
cundū cōmunē legē null⁹ saluat⁹. p̄pter q̄ duo  
optime sibi ouenit aqua. s. quātum ad p̄mū  
quia est naturaliter abluciuā. et quantum ad  
secundū quia est inter om̄s liquores cōmunis  
sima. Vnde debet fieri nō in aqua artificia  
li sed in naturali qz illa ab omib⁹ dicit et fa  
ciliter potest haberi non sic autē aqua artificia  
lis. Potest autē fieri in omni aqua naturali  
nō tantum simplici sed etiā mixta. et in aqua  
qualitercūqz transmutata dūmodo sit ibi sp̄s  
aque salua. alias sec⁹ esset. Vñ p̄t fieri in a  
qua maris in lixiuio et in aquis sulphureis  
Ad sciēdū autē discernere speciem aque opor  
tet attendere tria fm̄ gual. s. liquoris origi  
nem racōne cui⁹ patet q̄ baptism⁹ nō potest  
fieri in aqua rosacea l̄ de ruta et h̄mōi facta

nec in vrina nec in salua ex de baptismo non  
vt apponeres. quia he nō habent aque elemē  
taris originē. et ideo nec speciē et formam ra  
cōne cui⁹ patet q̄ non potest fieri in porreta  
pulmēto et h̄mōi liquorib⁹ mixtis. qz nec ma  
teriam nec speciē aq̄ habent et efficaciam. rōe  
cui⁹ patet q̄ nō potest fieri in clareto luto et  
ceruisia et h̄mōi. Medo autē speciē aque tenet  
ideo in eo potest fieri baptism⁹ licet meli⁹ fi  
at in aqua. Cum p̄dictis oueniūt rich. et alij  
doctores. Si autē aliquis esset baptisatus in a  
liquo liquore de quo dubiū esset an haberet  
speciem aque rebaptisandus esset vt dicit sc̄s  
tus sub cōdicōne. S; nūquid in aqua palu  
diosa potest fieri baptism⁹. Et q̄ sic. qz licet  
coiquinet⁹ corpus accidentaliter p̄pter ei⁹ cō  
fusionem cū immundicijs grossis saluatur ta  
men in ea species aque cui ex natura sua p̄ se  
ouenit habilitas abluendi. et etiā aliquo mō  
remanet in ea p̄p̄ietas ablutina qd̄ ideo dico  
quia si nullo mō remaneat in aqua actu p̄p̄ie  
tas ablutina. vt in glacie grādine niue et hu  
iusmodi. quā diu sic est disposita baptisari in  
ipsa nō p̄t hec rich. Si etiam aqua paludino  
sa esset ita incrassata q̄ recederet a vera rarita  
te aque. nō esset in ea baptisandū sicut si esset  
lutum. alias secus esset quia adhuc species aq̄  
remanet. hec tho. Sed nūquid etia in bzo  
dio carniū p̄t fieri baptism⁹. Et q̄ sic. Nam  
admixtio crismatis nō soluit speciē aque. nisi  
forte facta sit tanta resolutō carniū coctarū  
in aqua q̄ liquor plus habeat de aliena sub  
stancia q̄ de aqua quod ex sp̄ssitudine sp̄sici  
potest si tam ex liquore sic inspissato exprima  
tur aqua subtil potest i ea fieri baptism⁹ sicut  
etiā in aqua que exprimitur de luto licet in lu  
to fieri nō possit baptism⁹. hec tho. Nūqd̄  
ad baptismū requirit⁹ aqua sanctificata. Et du  
plex fit sanctificatio in baptism⁹ vna est que  
fit in baptism⁹ p̄ verbū adueniens elem̄to. Al  
ia est q̄ fit ante baptismū p̄ oracōnem a p̄e  
sbitero p̄ma p̄tinet ad necessitatez baptismi  
sicut et ipsum verbū. scd̄a ad solennitatem.  
Dicendū ergo q̄ ad baptismū requirit⁹ sancti  
ficacō aque. p̄ma de necessario. scd̄a vero  
de cōgruo ita tamen q̄ nisi necessitas hoc req̄  
reret in aqua nō sanctificata quis baptisari n  
debet q̄ aliter faceret mortaliter peccaret se  
cundū bon. Siquis autē velit in sabbato pasce  
et penthe. de aqua cōsecrata recipe ad sue dor  
mus aspercionē recipiat eaz an crismatis infu  
sionem de conse. di. iij. in sabbato.

**Q**uia q̄ntū. s. formā verborū que dicuntur  
in baptism⁹ queruntur plura. s. que sit il  
la forma. etsi est illa que ponitur ex d̄ baptis  
siquis et de cōse. di. iij. a quodā. et. c. multi.  
s. ego te baptizo in no. pa. et. fi. et sp̄i. s. Et q̄  
sic. In hac enim forma baptismi due particule  
conāentur vna pertinens ad sanctificatiōez  
elementi scilicet innocacō trinitatis. Alia p̄  
tinens ad determinacōnem intencōis mini  
stri scilicet exp̄ssio act⁹ baptisandi. p̄ma ha  
bet⁹ ex institucōne diuina et est eadē apud om̄s  
eccl̄ias et fm̄ omne t̄p⁹. Nam circa illam duo

occurrunt. s. expressio ipsius actus. et persone in quam  
transit actus et hoc est iterum omne apud omnes  
vnde videtur descendere a prima consuetudine et tra:  
dicione baptisandi applica. Et modo exprimendi  
et hic est diversus apud latinos et grecos. Cum  
ergo baptisma unum sit illorum quod baptisantur in ec:  
clesia latinorum et qui in forma grecorum que est  
baptisetur petrus in nomine patris et filii et spiritus sancti oportet  
quod de substantia forme sit una per forme il:  
la que pertinet ad sanctificationem elementi. Alia  
vero quantum ad expressionem actus et persone bapti:  
sate similiter est de substantia. quantum ad modum  
vero expressionis quod varius est non est de substantia sed  
accidit ex statuto ecclesie quod potest obligare mini:  
strum sed non potest mutare substantialiter sacramentum  
ideo etiam ille modus est de necessitate facientis  
et non facti licet quidam dicant quod sit de necessi:  
tate utriusque ita quod aliter baptisatum necesse sit  
rebaptisari. sed opinio prima est verior et communis  
more beati patris. **U**nde expressio trium personarum sit de  
necessitate forme baptismi. **R**espondeo quod sic. cuius ratio  
est quod baptismus per formam suam consecratus est secundum  
apostolum ephesum. v. mundans eam lauacro in verbo  
vite. et etiam augustinus. li. de unico baptismo. dicit quod  
baptismus verbis evangelii consecratur. et ideo oportet  
quod in forma baptismi exprimat eam sanctifi:  
cationis. s. trinitas personarum. **S**ciendum tamen quod per  
fessio fidei potest fieri quadrupliciter in baptismo.  
**A**ut ita quod sit plena in corde et ore sed non in fi:  
de ecclesie et tunc est vacuum. **A**ut in ore plena  
sed non in corde et tunc est plenum quod fit in fide  
ecclesie et non persone. **A**ut plena in corde sed non  
in ore. et hoc autem fit ex voluntate et tunc est vacuum  
aut ex necessitate. s. mortis supueientis vel in  
firmitatis. et tunc non est simpliciter plenum sed ex  
diuina pietate supplente pie putari potest esse ple:  
num. ut. s. summus sacerdos non dimittat imperfectum  
quod erat inchoatum et in hoc casu intelligitur  
verbum ambrosii. li. de spiritu sancto. c. iij. si fide mi:  
sterium trinitatis teneatur. et una persona tamen nomine  
tur plenum est sacramentum vel exponere plenum est  
sacramentum. i. plena est fides sacramenti sed non  
effectus eius. vnde si talis moritur debet sepeliri in  
cimiterio. **S**i autem aliquando omnia verba compleretur im:  
pediret baptismus ita quod compleri non posset puer  
iterum baptisandus esset sub hac conditione ratione du:  
biij si tu non es baptisatus etc. secundum richardum. et cum eo  
veniunt alij doctores. **S**ed obicitur contra predicta  
quia quod bernardus dicit in quadam epistola quondam esse ba:  
ptisatum in nomine dei et sancte crucis. asserens quod  
ris verum sit baptisatus ego vere hunc baptisatum  
puto. **R**espondeo quod si in nomine dei distinctam intelli:  
git trinitatis expressionem verum dicit quod adiectio  
facta ex deuotione non viciat sacramentum. si vero  
non falsum dicit secundum patrem. **Q**uid si dicatur in no:  
mine trium personarum. **R**espondeo non est baptisatus ut ha:  
betur de deo. di. iij. multi sunt in glo. **U**triusque  
in nomine christi possit quis baptisari. **R**espondeo quod non. nam  
numquam licet forma communem a christo traditam de inno:  
cacione trinitatis. mutare in speciale sine specia:  
li consilio spiritus sancti de cuius consilio tempore primiti:  
ue ecclesie apostoli in nomine christi baptisabant du:  
plici ratione. s. propter modum significandi. Nam  
quodammodo nomine christi tota trinitas intelligitur

ut ambrosius exponit. christus enim unctus di:  
citur. et ideo ungetem unctum et unctionem insi:  
nuat. **E**t propter reuerentiam significati. s. ut nomen  
christi virtuosum et celebre ostenderetur cessante  
vero hac causa iam non licet sic baptisare nec potest ut  
theologi cõter dicunt sic tradi baptismum secundum  
bonum et patrem. **S**ed obicitur quod nicolaus papa de  
de. di. iij. a quodam dicit quod si in nomine trinita:  
tis vel in nomine christi baptisantur baptisati sunt  
Unum enim idemque est. ut sanctus exponit ambrosius.  
**R**espondeo quod non intelligitur quod verba omnino idem sonant. sed  
quod modus baptisandi in ecclesia primitiva con:  
formis fuit modo quem nunc tenet ecclesia quod in  
e isto intellectu clauditur trinitatis ut dictum est  
supra tamen implicite et remote. vel idem est quod eiu:  
sdem virtutis et efficacie in casu in quo esset ea:  
dem causa baptisandi. vnde et eadem dispensacio es:  
